Consorti suæ derelinquere cum omni iure Dominio et proprietate, tenebat habebat et possidebat, illaq; quiete et pacifice ad extremum dumtaxat Vitæ suæ tempora Uti fruetur. Post mortem vero et de hac luce decessum eiusdem mariti sui exnunc bona supra scripta morte eiusdem Consortis derelinquere ad Successores suos sine quovis impedimento et contradictione Successorum mariti sui totaliter et plenarie devolvant[ur]. Hic suis præsentibus personalibus recognitionibus ad præmissa omnia et singula mediantibus.

Jaworski L: Dzus subditum suum liberum facit. 1327

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Nobilis Andreas Jaworski Nieitowicz Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq; suis quibusvis propriis et competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq; subiciendo palam, libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Laboriosum Jacko Dzus Originaliter de Villa Jaworra oriundum, subditum suum ex Iurisdictione Dominio et quavis subditione dimittit, emancipat, et liberum perpetuum cum eius posteris declarat, nihil Iuris Dominij et Cuiusvis Iurisdictionis sibi suisq; posteris ad eundem Laboriosum Jacko Dzus sive eius posteros reservando, sed eidem Iuri Dominioq; sui adillum habito perpetuo renunciando. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante

Wilkowski